



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Ecclesiae potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo: dixit nihilominus: a Qui manducat hunc panem, viuet in eternum.

a Ibid.

Ecclesiæ potestas circa dispensationem Sacramenti Eucharistiæ.

CAPVT II.

PRæterea declarat, hanc potestatem perpetuò in Ecclesia fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia, ea staret, vel mutaret, que suscipientium utilitati, seu ipsorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire iudicaret, Id autem Apostolus nõ obscure visus est innuisse, b cum ait: Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei, atque ipsum quidem hac potestate vsum esse, satis constat, cum in multis alijs, tum in hoc ipso Sacramento, cum ordinatis nonnullis circa eius vsum: c Cetera, inquit, cum venero disponam. Quare agnoscens sancta Mater ecclesia hanc suam in administratione Sacramentorum auctoritatem, licet ab initio Christiane religionis non infrequens vtriusq; speciei vsus fuisset, tamen progressu temporis, latissimè iam mutata illa cõsuetudine, grauib. & iustis causis adducta, hanc cõsuetudinem sub altera specie cõmunicandi d approbauit, & pro lege habendam de-

b I. Co. 4.

I. Cor. 6.

c I. Co. 10.

d Conci.

Constan.

Sess. 13.

creuit